

consuevit. Ostendi Alamire aliqua nostra cubicula, quibus te accipiam, non inamoena: ipse regia esse dicebat. Quin et hoc polliceor, 165
 ultra gallinas gallos gallinaceos, filios ac filias gallorum me abunde appositurum. Tu interim bene vale, Erasme amicissime. Etiam atque etiam memineris te longe feliciorum esse contumeliis invidiorum quam laudibus amicorum, quas nunquam tam aegre ferrent isti, nisi certo certius cognoscerent te eruditione ac probitate immortalitatem etiam viuenter induisse.

170 Iterum vale Norenbergae prid. Calen. Maias.

Tuus Bilibaldus Pierckheymer.

Cum haec scripsissem, certior factus sum Oecolampadium nostrum .xxiii. Aprilis monachum esse factum, in monasterio Seruatoris 175
 iuxta Augustam, ordinis S. Brigidae, in quo mulieres primas tenere consueuerunt. Vtinam sibi rectius consulisset!

1093 1096. FROM THOMAS MORE.

Epistolae ad diuersos p. 581.

<Greenwich ?>

HN: Lond. xv. 16: LB. 555.

<May init.> 1520.

[Besides the ordinary editions this letter is found in More's *Lucubrations*, Basle, 1563, p. 476 (see Ep. 1087): which contains also Epp. 388, 623, 684, 688, 706, 999, 1087, 1090, 1106. A collation of the variants in these shows that the text of the *Lucubrations* almost always agrees with that of N¹. In consequence it may

163. Alamire α , cf. Ep. 711. 16: Alamirae β^2 : Alamiro F. aliqua nostra β : nostro α . accipiam non inamoena β : excipiam luculenta α . 164. esse add. β . 165. ultra . . . 166. appositurum β : non solum abunde galinas me tibi apositurum, sed et illarum sobolem, filios ac filias, necnon gallos gallinaceos et de omni genere musico cuncta que manducari solent volatilia coeli α . amicissime β : optime α . Etiam atque etiam β : ac iterum α . 167. longe feliciorum β : foelicem α . 168. quam . . . isti β : qui nunquam laudes tuas tam moleste ferrent α . 170. etiam β : et quidem α . 171. Iterum . . . 176. consulisset add. β (171. β^1 F: Nurenbergae β^2 . 172. Pierckheymerus β^2 : Pierckheymer F. 174. .xxiii. β^1 F: .23. β^2 : vigesimotertio H. April. F).

173. Oecolampadium] The decision to retire from his preachings at Augsburg Cathedral to the quiet of Altomünster was made without consulting many of his friends; cf. Heumann p. 192 = HE. 159, and see also Zw. E.² 140, BRE. 166. Capito, who mistrusted asceticism (ME. 73), and did his utmost to resist his friend's action, gives this account (Oec. E., f. (4 v^o): 'studiis suis et fidei libertatem ab illis stipulatus est: quod his verbis ante contestatus est, "Etiamsi sexcentis" inquit "iuramentis me obstrinxero, nequaquam ea seruare poterò, si quando vtilis ministerio verbi futurus sum". Eam conditionem non reliciebant monachi, sed confirmabant, priuilegiumque suum monstrabant, quod ad concionandum exire possint, sicubi haereses pullulent'. Erasmus was only informed after the step was taken (cf. Epp. 1102, 1123. 12, 1139. 112-15);

but the letter is not extant.

174. .xxiii.] Some doubt is thrown on this date by a letter of Bern. Adelman, dated Augsburg, 28 April, and stating that Oecolampadius had entered the monastery *pridie*: Heumann p. 192.

monasterio] Altomünster, between Augsburg and Freising; belonging to the reformed Augustinian order founded by St. Bridget of Sweden († 1373). Their houses were joint, for men, at first under a prior, and women under an abbess, the latter having the superior rank: but before long the prior was reduced to a confessor, and the women predominated. Oecolampadius (see his life by J. J. Herzog, 1, p. 139) describes the men as relieved from any necessity of contact with the world. For the Brigittine houses in Bavaria see a monograph by G. Binder in *Verhandlungen d. hist. Vereins der Oberpfalz und Regensburg*, xlvi, 1896.

be inferred that the variants which occur in Ep. 1090. 9, *Leo sancte se*, and in this letter, 72, *producat in iudicium*; 166, *litarum gratia vel tua* (cf. Ep. 706. 33.4 : printed on p. 466 of the *Lucubrations*); 190, *Caleum*, are merely fortuitous and do not represent a fresh examination of the original manuscripts : and further that the dates 'Grenuici, mense Maio', which are added in the *Lucubrations* before the year-date here, are purely conjectural, the month-date being easily assigned from Ep. 1093.]

THOMAS MORVS ERASMO, VIRO OPTIMO ATQVE DOCTISSIMO, S. D.

ANTIMORVS, mi Erasme, Brixii iam diu Londini fuerat priusquam tuae ad me literae peruenirent. Mirabar aliquantulum, quam rem tam valde velles, cur de ea tam sero scriberes : nisi aut Antimorus forte serius aliquanto peruenit isthuc ; aut ideo fuisti segnior, quod donec accepisses me libellum parare contra, putasti fore vt eius 5 librum, vt pote auctori potius quam mihi noxium. neque plane dignum cui responderetur, mea sponte contemnerem. Id quod ego profecto, mi Erasme, fecissem, nisi amici quidam et doctissimi simul et prudentissimi suasissent aliter ; quibus Brixius etsi magis irrisus est quam inuisus, tamen haudquaquam ita charus erat quam est, vt 10 video, tibi.

Nam ego iam ferme biennium, quum audiuissem eum moliri talia, atque in animo haberem ad eum ipse scribere, idque quam potuissem amantissime, simulque ea consulere quae magis aliquanto in rem ipsius fecisse fuerat, quam quae nunc intemperanter fecit ; intellexi 15 interea nunciis e Lutecia certissimis adeo hominem in abruptum ferri suis affectibus, vt nullis amicorum suasibus potuerit cohiberi, non Beraldi, non Lascaris, non Budaei (vides qualium virorum) consiliis retrahi : non Deloini demum, viri tanti, non reuerendissimi Cardinalis, qui nuper illic obiit, autoritate commoueri. Sic inta- 20 bescebat vleiscendi libidine et, tanquam Narcissus, amore quodam suorum ipse versuum deperibat misere : quos tamen quotidie nouos velut e cunis exceptam sobolem in mensam nunc Deloini, nunc Cardinalis circumferebat exosculans ; nec semper inde laetus referebat domum, quum a viris doctis et grauibus audiret interdum talia qualia, 25 si sapuisset, ipse dixisset sibi. Quorum mihi multa cum alii scripserunt illinc, tum Ioannes quidam, natione Graecus, homo Latina lingua iuxta doctus ac sua, probis moribus et indubitatae fidei, plurima retulit coram : quibus quum sentirem Brixium impotentius abripi quam vt attractari pateretur, mutaui consilium, atque a 30 scribendi voluntate destiti.

Simul cogitabam, etsi hactenus indulgeret animo, ne penitus vellet tacere, tamen quoniam in eam rem tam multum studii, tam multum impendebat temporis, in quo non erat absimile veri primum illum animi calorem ac velut impetum quandam, qui subitis rebus imponit, 35 spacio et mora deferuere, iocis eum lusurum ac salibus ; a iurgiis vero, conuiciis et calumniis omnino temperaturum sibi, ne merito iudicaretur importune maledicus, si acerbius in pace laederet quam

12. biennium] The *Antimorus* had been long projected ; cf. Ep. 620. 28 seq.

17. amicorum] Cf. Ep. 1087. 437n.

20. Cardinalis] See Ep. 1087. 439n.

27. Ioannes] Of this Greek who came from France to England and visited More, I can find no other trace. Hardly Lascaris (l. 18) ; though he was intimate with Brixius.

laesus esset in bello. Tum quoniam ante annos septem Chordigeram
 40 eius legeram, quae tametsi multis et inuentionis, oeconomiae et
 sermonis viciis abundabat, prae se ferebat tamen specimen eius
 ingenii, quod annis posset (quos nunc accessisse videbam) aliquando
 maturescere; sperabam eum doctum aliquid atque excussum aeditu-
 rum, quod me quoque in quem aedebatur, oblectaret; quem iocus
 45 aliquanto liberior non admodum solet offendere.

At vbi prodiit praeclarus iste Brixii partus Antimorus, Morycho
 plane moroteros, veneno quouis virulentior et indoctior ipsa Chordi-
 gera, nihil aliud quam, vt par erat, irrisi, illud interea mecum ἰπο-
 50 τιοθησιζων, Χρυσὸν ζητων εἶρον ἀνθρακας. Et hercle quemadmodum
 Aetnae carbonēs exusserunt Empedoclem, ita carbonēs isti similem
 captantem gloriam vstularunt Brixium ac reddiderunt carbone quouis
 atriorem; eoque nec omnino quicquam respondere statueram. Verum
 aliis aliter visum est, quorum ego iudicii in meis rebus magis
 fidebam quam meo. Hi quanquam faterentur neminem esse litera-
 55 tum vsquam, cui non factura sint nauseam tam insulsa, tam virulenta
 deliria, calumnias eius censebant, etsi perabsurdas atque ineptas, ad
 haec nec obscuras, si quis attendat satis proram puppimque negotii,
 non fore tamen satis liquidas multis, qui fortasse legerent eius Anti-
 morum, quum neque Chordigerae neque meorum epigrammatum
 60 facultas futura sit. Suaserunt igitur vt haec omnia in vnum librum
 cogere et lectoris pariter subiicerem oculis: tum vt meo scripto
 negotium nonnihil illustrarem, sic vt legenti nihil requiratur amplius
 nisi iudicium suum.

Vides, Erasme charissime, quid nos ad rescribendum compulit.
 65 Quamobrem non necesse habeo tuis respondere rationibus; quando
 nisi alio me perpulissent alii, fuerim ipse tibi semper δμόψηφος. At
 quod tibi video persuasisse Brixium, negligentia tantum tabellarii
 tui contigisse quo minus effeceris vt ille perpetuo presserit Anti-
 morum suum, vehementer, mi Erasme, demiror id sic acceptum
 70 tanquam probatum tibi. ‘Quid ni credam?’ inquis, ‘quando
 Beraldum atque Budaeum, vtrunque tam spectatae fidei testes,
 producit in iudicium.’ Producit, Erasme, non nego, fidei tantae
 viros duos vt vtriuslibet fides in quantavis re facere fidem possit.
 ‘Quid obstat’ inquis, ‘ergo quin quod ait Brixius, vicerit?’ Hoc
 75 vnum, mi Erasme, quod quum duos testes producat, vtrunque
 producit auritum, oculatum vero neutrum, quum plus in iudiciis
 valeat oculatus testis vnus quam auriti decem. Quid enim aliud
 possunt testari Beraldus ac Budaeus quam sese ex ipso audiuisse
 Brixio Antimorum illo aut illo die fuisse sub praelo? Hoc enim
 80 significat Brixius, quum se dicit illis aeditionem Antimori indicasse
 aliquot ante diebus quam tuam legisset epistolam. Ergo tu Beraldo
 credes et Budaeo; sed cui interim credent illi? an non ipsi Brixio?

Videsne nunc, Erasme, speciosum istud testimonium,

‘Quemne ego heri vidi ad vos adferri vesperi?’

58. tamen *F* *Corrig.*: tam *F.*
 49. Χρυσὸν] *Cf. Adaq.* 830.

59. quum *N*: quam *F.*

60. facultas *FN*:

84. vos *N*: nos *F.*

39. Chordigeram] *Cf. Ep.* 212. 11.

72. producit] *Ep.* 1045. 26-30.

49. Χρυσὸν] *Cf. Adaq.* 830.

84. Quemne] *Cf. Ter. Andr.* 768-70.

vt exiret denique in suffarcinatam Cantharam? Vt illud omittam 85
interim, quod nullos vnquam testes potest producere, non ante sibi
lectam epistolam tuam quam vidisset excusam, quum potuerit ac-
ceptam dissimulare, vt ista causa post apud te liceret vti integra.
Praeterea quum Antimorus eius constet quaternionibus non plus
octo, qui totidem diebus solent excudi, nec dimidium ex Brixii verbis 90
colligitur peractum esse quum tuas literas legeret, in angustum sane
compingit illos aliquot dies, quibus ait se Beraldo et Budaeo indi-
casse aeditionem. 'At cur' inquis, 'fingeret istud Brixius?' Adeo
tibi mirum videtur si vel animi causa fingat homo poeticus? Quan-
quam suberat etiam causa cur fingeret. Nam quum vterque frequenter 95
admonuisset ne tam ineptum libellum ac muliebriter iurgiosum
aederet, volebat fortassis experiri an eodem animo accepturi forent
quum fecisset, quo tam saepe consuissent ne faceret. Accidit enim
nonnunquam vt quod ne fiat obsistimus acriter, dum res est integra,
id vbi in eum locum venit vt non possit corrigi, patiamur, et vicium, 100
quoad licet, verbis integamus.

At ego, mi Erasme, quo vere videre possis quanto verius Morus
tibi paratus sit obtemperare quam Brixius, quanquam quum tuae ad
me venirent literae, liber non quidem sub prelo esset, sed totus esset 105
excusus (atque id docere possim non duobus auribus testibus qui ex
me audierint, sed oculatis plusquam decem qui suis viderint oculis;
imo testibus, opinor, oculis ipsius tuis, vtpote ad quem librum ante
hanc epistolam peruenisse non dubitem); quanquam ad eius aedi-
tionem tot amicorum consiliis vrgerer, tamen vbi tuas literas ac-
cepissem, cuius vnus apud me sententia omnibus omnium calculis 110
praeponderat, non sum imitatus Brixium: cui quum sit, vt scribit,
crumena semper aere grauis, tamen tanti fecit monitionem tuam,
cuius, vt ait, nutus obseruat, vt non sustinuerit tantillum sumptus
impendere, quo libellos illos vniuersos coemeret atque in ignem
semel coniceret; vt tantas eius ineptias, nomen illud Brixii, cuius 115
illustrandi desiderio nimis quam misere sitit, infamaturas, omnium
subduceret oculis. Ego vero, mi Erasme, praeter eos duos, quorum
alterum iam ad te miseram, alterum ad Petrum Aegidium, atque
alios quinque quos vendiderat typographus (nam quum primum
prostarent ac coepissent auide flagitari, tua commodum interuenit 120
epistola) coemi vniuersos, eosque clausos adseruo, vt priusquam

89. non plus octo] There are nine sheets: A-I.

90. totidem diebus] An indication of the ordinary rate of printing at this time.

nec dimidium] This understates Ep. 1045. 26, 'magna ex parte'.

111. scribit] Ep. 1045. 119-20.

113. ait] Ep. 1045. 22-3.

119. typographus] Richard Pynson (+ c. Jan. 1530), a Norman, who in 1464 was a student at the University of Paris. After learning the art at Rouen, he settled in London c. 1490, and became one of the most famous of its early printers. In 1508 he was appointed Printer to the King, and thus

produced Henry VIII's *Assertio septem Sacramentorum* (Ep. 1227. 5n). His last known book is dated 18 June 1528. See E. G. Duff's *Century of the English Book Trade*, 1905, pp. 126, 7.

In 1513 he printed the first edition of one of Erasmus' translations from Plutarch (Ep. 268; cf. vol. iii, p. xxiv).

121. coemi] More's action is adequate to account for the rarity of his volume; for which see p. 217. There is a copy in the British Museum (714 b. 13). On 25 June Erasmus believed that More had made no public reply (Ep. 1117. 115-16); in August, after seeing it at Calais (Ep. 1184. 20-22), he was hoping to per-

aliquid innouetur ex me, possimus, imo possis potius ipse tecum, statuere quid a me velis fieri.

Quamobrem tute nunc, mi Erasme, etiam atque etiam dispice in
 125 eius amici causa quid statuas, qui quicquid statuas obtemperare
 constituit. Nam quod suades, vt quicquid in Brixium scripseram
 omittatur, quum Epigrammata mea denuo continget excudi, atque vt
 Antimorus Brixii vicissim non propagetur amplius: ego, mi Erasme,
 quod ad Brixium pertinet, multis mihi videor coniecturis colligere,
 130 magis tenerum eius in suos versus animum quam vt abduci patiatur
 ab eo studio se, quo charissimae foeturae suae, quoad eius fieri potest,
 procuret aeternitatem. Mea vero Epigrammata nunquam admodum
 animo placuerunt meo, id quod et ipse mihi, Erasme, conscius es:
 cui et quibusdam aliis nisi liber ille arrisisset amplius quam ad-
 135 blanditus est mihi, nusquam fortassis extaret hodie. Nunc vide vt
 rerum vices inuersae sunt. Si conditione cautum esset inter nos
 vt ex epigrammatis meis tibi liceret quaecunq; velles transfigere,
 modo ne ius in pauca quaequam sit quae mihi liberet excipere, iam
 quos in versus solos tu ex pacto ferrum stringeres, eos ego solos
 140 exceptione defenderem. Adeo mihi coeperunt adblandiri, postquam
 eos video multis commendari virulenta atque inepta versificatione
 Brixii. Nec tamen istud dico quo minus tibi quiduis liceat in mea,
 cui quiduis etiam licet in me.

Iam quod ais eum esse Brixium, quem si pernossem intimius, eum
 145 sentirem talem quo nemo sit amore meo dignior: equidem, mi
 Erasme, non ego me pro tanto viro gero vt tam tenui quenquam
 conditione videam, quem indignum censeam amore meo, modo ne
 sit improbus qui non amari debeat a quoquam; eoq; Brixium facile
 assentior non indignum esse qui maiorum sit amore virorum dignus
 150 quam ipse sum. Nam omnino videtur aliquanto plus habere, non
 dico superbiae, sed plane generosi cuiusdam spiritus et magnificentiae,
 quam vt ad pusillam hanc atq; humilem indolem meam possit
 vsquequaque congruere, nisi in amicitia tam male copulari vellem

Quam male inaequales veniunt ad aratra iuueni.

155 Nec tamen eam, mi Erasme, te consulente recusem, qui me vel ad
 parendum praestantioribus facile possum componere. Certe quod ad
 eruditionem eius attinet, studiosum esse credo, et non omnino stu-
 pidum, tum quem aliquando alium reddet vsus. Caeterum in his quae
 aedidit hactenus, vt vere dicam, id quod etiam docere possum, neque
 160 solocismis caret neque numeris satisfecit, et ingenio frequenter
 magis labitur quam vt puero concedi possit. Et tamen qualis qualis
 est, non tanti memet facio vt me illi posse censeam eruditione
 conferri, quum tu, mi Erasme, vel amore caecutiens, vel (quod verius
 certe puto) quadam erga me ciuilitate, praeferas. Et vt ingenue
 165 dicam, adeo illum non odi, vt postquam animo nunc defecatiore sum
 factus, ad amem etiam literarum gratia.

Verum in causa quid fieri velis, expende diligentius priusquam

122. aliquid *F*: aliud *N*.
 qualis *N*².

146. ego *om. H*.

161. qualis qualis *FN*²:

suade More to suppress it altogether
 (Ep. 1131. 14-16).

134. liber ille] See Ep. 550 introd.
 154. Quam male] Cf. *Or. Her.* 9. 29.

imperes. Nam plane si non respondero, putabor multis huius ineptissimae rixae praebuisse causam, et nihil quicquam prouocatus, tamen probris, diris et execrationibus insectatus illum: quod non minus fuisset inhumanum, quam nunc falsum esse docui, si tu librum patieris exire. In quo quod secundo loco mones, vt si omnino decretum sit emittere, curandum mihi sit vt (quod hactenus me praestitisse dicis) eruditione tantum videar et causa Brixium, non etiam conuiciis vincere; ego, mi Erasme, vt eruditione contentus sim si Brixio compar sim, ita causa non dubito quin longe sim superior, quantumuis suam Brixius asserat bonam, facilem, vincibilem; quod principium ex arte solet adhiberi ad defendendam noxiam. Conuiciis profecto facile me vinci patiar, quo armorum genere nunquam pugnare statui. Et tamen fieri potest vt quod mihi mea facit iniuria nihil acerbum videri, idem alius cui non idem rei sensus est, iudicet esse mordaculum. Quod si fors acciderit vsquam, non adeo reuerebor aequitatem lectorum, quin et in me quoque, mi Erasme,—quantumcunque grauem personam tuus nobis imponat amor, qui magna de me fingit omnia; tamen dum adhuc inter mortales versor, nondum plane relatus in diuos, vt in re ridicula rideamus, non verebor, inquam, quin aliquid et in me condonaturus sit humanus lector humanis, quos hominum nemo prorsus excussit, affectibus. Vale, mi Erasme charissime.

Quum Caletium venerimus, quo Rex propediem adernabit iter, spero fore vt coram his de rebus commentemur plenius. Nam omnino in hoc Regum conuentu te expecto, atque ita Brixium: nam et Regina Gallorum aderit, cui cum sit a secretis Brixius, non poterit, opinor, abesse. Ita quod ad me attinet, facile rem compones ex sententia tua. Nam etsi nulla de causa sic egit in me vt plane declarauerit nihil ad meam perniciem praeter vires defuisse sibi; tamen quando tu, mi Erasme, plus es mihi quam dimidium mei, plus apud me valebit in Brixio quod sit amicus tuus quam quod inimicus meus. Iterum vale. M.D.XX.

1090] 1097. TO THOMAS MORE.

Epistolae ad diuersos p. 544.
HN: Lond. xiv. 16: LB. 505.

Antwerp.
2 May 1520.

[Contemporary with Epp. 1098,9.]

ERASMVS ROTERODAMVS THOMAE MORO SVO S. D.

Non ignorabam, optime More, consilium istud vestrum, quantumlibet incommodum mihi, ab animo amantissimo proficisci, atque ideo non potui non boni consulere: quanquam interim saedulo testatus sum vos Leo consulere, non mihi. Perspectum erat hominis ingenium,

1096. 187. aliquid FN²: aliud N¹³.

199. M.D.XX add. H.

1096. 190. Caletium] See p. 296.

14 Oct. 1499—20 July 1524.

193. Regina] Claude of France,

1097. 4. Leo consulere] Cf. Ep. 973. 17.